



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando nobis omnia contra voluntatem euenient. Exercit. 43

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

Petitio.

PRecabimur Deum, vt imaginem suam in nobis restauret & expoliat: vt imagine ipsius in nobis venusta & pura existente illi soli placeamus. Postulabimus etiam à Deo per merita & intercessionem illius Sancti, cuius est imago, aliquam specialem gratiam.

Oblatio.

Offeremus Deo, adorationem & reuerentiam, quam omnes Angeli & electi in cœlis Deo exhibent: Deumque simul cum illis laudabimus & glorificabimus.

Quando nobis omnia contra voluntatem eueniunt.

Exercit. 43.

Luc. 22. *Non mea voluntas, sed tua fiat.*

Hesb. 13. *Domine Domine Rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit voluntati tuæ resistere.*

Gen. 50. *Num Dei possumus resistere voluntati?*

Consideratio.

ec

C n-

MANVALE

Considerabimus: Deum ineffabili prouidentia sua, omnia ordinare: illiusque vias & iudicia sanctissima esse, quamuis nos ferè lateant: ideoque diuinæ ordinationi in omni euentu nos confirmari studebimus.

Gratiarum actio.

Gratias referemus Deo: pro his, quæ circa nos ordinat, illumque Patrem nostrum tenerrimè nos diligentem, atque in omnibus commoda nostra quærentem, esse agnoscimus.

Confusio.

Erubescemus: considerantes ignorantiam nostram, qua sæpè, illaque nobis officiunt, maximè vtilia nobis esse iudicamus: cogitabimus etiã, nos propter scelera nostra, quibus Deum offendimus promeruisse, vt omnia nobis contraria sint, nec vlla in re prospero successu vtamur.

Petitio.

Rogabimus Deum, vt largiatur nobis veram cum sua voluntate conformitatem, concedat etiam, vt
quam-